Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1445
Quelle:
Copyright:

VII. *fol.* 44. p. 2. *Expoſicio ſuper capitulum Mathei XXIV. de Antichriſto.* Initium: *Quia ewangelium iſtud eſt multis abſconditum* &c. ut alibi.

VIII. *fol.* 55. *Incipit dyalogus.* Initium: *Cum ydemptitas ſit mater faſtidij* &c. ut alibi. Adſunt etiam in hoc Exemplo ſub finem: *Capitula abſtracta per falſos fratres a Dyalogo, que communiter non habentur.*

IX. *fol.* 82. *Incipit ſupplementum Trialogi.* Initium: *Utrum clerus debuit dotacionem quam modo occupat* &c. ut *Cod.* CCCLXXXIV. ubi inſcribitur *de Dotacione Eccleſie.*

X. *fol.* 100. *Reſponſiones ad argumenta cuiusdam emuli veritatis.* Erat etiam adſcriptum hujus *emuli* nomen, ſed rurſus extritum. Initium: *Quidam ſocius quem ſuppono eſſe emulum veritatis* &c. ut alibi.

XI. *fol.* 116. *Reſponſiones ad argumenta Radulfi Strode.* Initium: *Quia ſecundum philoſophum Sanctum eſt* &c. ut alibi.

XII. *fol.* 123. p. 2. *Reſponſiones ad argucias monachales.* Initium: *Quidam doctor vtinam veritatis nititur impugnare* &c. ut alibi.

Magnus deinceps foliorum numerus in *Codice* ductis lineis jam paratus fuit ad plura Opuſcula recipienda, ſed Librarius manum abſtinuit. Ex Epiſtola in eo reperta, a quodam *Simone* opificio Vietore *(Beczwarz)* privati negotii cauſſa ad Decanum *Lymburgenſem* ſeu *Nymburgenſem*, qui non nominatur, bohemice ſine anno exarata conjicio, Decanum hunc Collectionis hujus poſſeſſorem fuiſſe, quae Tomis ſequentibus continuatur.

CCCLXXX.

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 248. 4. ejusdem cum II. praecedentibus conditionis, *Lymburgum*que pertinens haec habet *Joh. Wicleſi* Scripta: I. *Incipit primus liber de dominio diuino.* Initium: *Cum quilibet chriſtianus et ſpecialiter Theologus* &c. Ita ſequitur L. II. et III. In Indice tamen praevio dicuntur *omnes incompleti*, cujus cauſſa etiam ſpatia inter eos relicta puto. Indicati jam ſunt alibi. 900

II. *fol.* 91. *Incipit liber mandatorum qui eſt primus in ordine ſumme ſue, et preſupponit iſtos tres tractatus de diuino dominio precedentes.* Vide, quae de Bibliographia *Wicleſiana* notavi ad *Cod.* CCCXCI. Initium: *Premiſſa ſententia de dominio in Communi* &c. ut alibi. In fine Elenchus Capp.

III. *fol.* 237. *Incipit Tractatus de ſtatu Innocencie qui eſt ſecundus in ordine ſumme ſue.* Initium: *Ut ſupradicta magis appareant oportet parumper* &c. Ut in Indice praevio Liber praecedens dicitur *completus et perfectus*, ita hic *incompletus* adpellatur. Extat *Cod.* CCCLXXXV.

In Theca anteriore praeter dictum Indicem ſcriptum eſt minio. MCCCLXXXIIII.